

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Disputatio Metaphysica Imaginis Descriptionem, Ejusdemqve In Essentiali Et  
Accidentali Divisionem Contra Arnoldum Ac Fanaticos Succincte Considerans**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1707]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002561914>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1707

Weidner, Johann Joachim





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002561914/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002561914/phys_0002)

**DFG**

DISPUTATIO METAPHYSICA  
**IMAGINIS DESCRIPTI**  
 ONEM.

EJUSDEM QVE IN  
**ESSENTIALEM & ACCIDENTALEM**

DIVISIONEM

CONTRA ARNOLDUM AC FANATICOS  
 SUCCINCTE CONSIDERANS

QVAM  
**CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS**  
 PHILOSOPHICÆ

PRAESENTE,

**JO. JOACH. WEIDNERO**

PHIL. & SS. TH. D. V. q. D. M.

FAUTORE, PATRONO, AFFINE, PRAECEPTORE  
 ac STUDIORUM SUORUM PROMOTORE OMNI  
 FILIALI CULTU ATq; HONORE AD CINERES  
 USQVE DEVENERANDO,

PUBLICE DEFENDET,

**IN AUDITORIO MAJORI,**

d. VIII. Junii Anno MDCCVII. HORIS CONSVENTIS

**JOACH. CHRISTOPH. MUSTERT.**

Rostochiensis SS. Theol. & Phil. Studiosus.



**ROSTOCHII,**

Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN, PRINC. & ACAD. Typogr.

Q

MOTIVATIUS. C. T. O. R. A.  
SCAGNIS DE  
SCEPPIONI.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

CONFINES M. O. D. M. A. P. M. U. T. G.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

6 RAESIDB.

IG. JOACH. WENDEMERO

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

SCHEZTER M. G. S. F. P. C. F. M. T. M.

# PRÆFAMEN.



Nter Fanaticorum vulgaria  
recensueris scommata, qvod  
Nostrates Theologi Scripturā  
& Phrasibus terminisq. Biblicis  
sepositis atq. relictis, configant  
ex natura ac Philosophia notiones  
atq. vocabula, ciendis rixis &  
controversiis prouissem. Hinc &

Arnoldus his in cavillis imus haud esse voluit, sic ergo Part. I. Lib. III. Cap. VII. §. 21. der K. u. Reh. Historie nugatur: Da man zuvor schlecht und einfältig nach dem Fürbild der Schrift von Gott und seinen Wesen gelehret hatte/ geschahe es bey diesen Gelegenheiten/ daß die Lehrer nunmehr neue Terminos einführeten/ womit man diesen und dergleichen Leuten begegnen wolte: dannenhero entstand das Wort ~~independens~~ oder Selbstständigkeit/ Person/ und dergleichen/ die eben wieder diese Sabellianer auffkamen/ wie daß Wort ~~ousia~~ oder Wesen wieder die Arianer &c. More insanientium adhuc duriora evomuit Lib. XVI. Cap. IX. § 10. contra Theologos superioris Seculi; ut non sim miratus qvod in detensionem Arianismi Libr. IV. Cap. VII. §. 19. scripsiterit: Die andere Parthen beklagte sich heftig/ daß man ihr solche Worte aufdringen wolte/ die in der Heil. Schrift nicht stünden/ und dazu von alten Käfern wären erdacht und gebrauchet worden/ da doch der Apostel haben wollen / man solle an den Fürbilde der heilahmen Lehre halten. &c.  
De terminis promiscuè talibus hac eqvidem vice, nihil præfabor, sed demum Exercitii causa & Philosophicē

A

phicē

phicē & Ecclesiasticē demonstrabo, qvod citra pietatis pacisqe Ecclesiasticæ offenditionem filius DEI æternusqe noster Redemptor dici possit ac debeat *Imago Patris æterni essentialis* & quidem referens eandem essentiam, qvalem conceptum Philosophi per terminum *Imaginis Essentialis* nō *expressio* exprimere ha-  
ctenus consvererunt. Sit vero Jesus Noster nobiscum ! Amen.

## TRACTATIO.

S. I.

**O**ptimum Polybii Libr. I. fuit consilium, quando hæc monuit: *Quum duæ uni-versis mortalibus propositæ sint via ad proficiendum in melius, per proprios casus aut per alienos: Evidenter quidem illa ratio est, quæ per propria dicit infortunia, at tutor illa, quæ per aliena, itaque viam priorem sponte suâ nemo unquam debet ingredi: Magnis enim ejusmodi correctionibus constat ac periculis: posterior semper nobis caret: per quam sine ulla noxa id quod melius est cerebere unicuique licet.* Congruè hactenus eodem consilio in perqvirendis Arnoldi erroribus usus sum, unde præsentis Dissertationis Thæma aggredi hoc minus detrecto, qvò feliciorem promovendis studiis ansam ac occasionem exinde mihi spondeo. Tradet autem præsens Schediasma: *Quid de Imagine & ejus divisione, in esse[n]tiale & accidentale philosophicē constet.*

S. II.

Disceptent interim Alii: *An Affectiones Entis disjunctæ vulgo venditatae, veri Nominis sint attributa?* vid. Pascha Ontolog. Thetico. Axiom. p. m. 176. & 299 & ex discussione hujus qvæstionis solida manifestabitur.

bitur, qvod communiter sic dictæ Affectiones disjun-  
ctæ secundaria, quæ deutipas saltem & certa ratiō Ens  
afficiunt, ac bonam partem à libero hominis arbitrio, di-  
ffinitione & consideratione pendent. (Sic definio eas-  
dem ex D. Joh. Christoph. Neandri *Institutionibus Me-  
taphysicis Part. Gen. Lib. II. Cap. XXV. p. 535. s.*) longè mi-  
nus veri nominis Affectiones ac attributa dici possint.

S. III.

Solent verò Metaphysicorum aliquot ad secun-  
darias Affectiones cum Scharffio demum referre ha-  
sce tres, quando Ens dicitur vel *Subjectum* vel *Adjunc-  
tum*; Aut signum aut *Signatum*; tam *Mensura*, quam  
*Mensuratum*. Vid. Pascha p. 301. s. Alii vero adjice-  
re satagunt *Loca de Absoluto & Respectivo item de  
Imagine ac Exemplari* Gonf. Calovius in *Scriptis Philo-  
sophicis p.m. 601. s. Neander I.c.p. 536. &c.*

S. IV.

Sunt Quidam, qui cum Zeidlero ex *Anal. p. 251.*  
284. ad formam referunt exemplar, afferentes qvod  
Exemplar respectu ejus, qui operatur, habeat rationem  
formæ, respectu operis producendi autem rationem efficien-  
tis. Sed celebratissimus Dn. Hebenstreit rectè scri-  
bit in *Philosophia Prima p. 659.* Nec verò sic omnes dif-  
ficultates superabis. Nam (1.) *causa Exemplaris exter-  
na, e.gr. domus, quam contuens artifex ad ipsius similitu-  
dinem alias edes producit, neq; respectu ejus, qui operatur,*  
*neq; respectu operis producendi rationem formæ obtinet*  
(2.) *Causa Exemplaris interna, si vel maximè respectu  
operantis rationem forma habet, non tamen est forma, ut  
est causa exemplaris. Neque enim est causa exemplaris  
ipsius opificis, sed operis producendi.* (3.) *Plane non  
apparet, quomodo causa exemplaris possit causa efficiens*

lici respectu operis producendi. Efficiens enim agit. Ee-  
quid verò domus illa, quam respiciens opifex ad ipsius  
similitudinem artem dirigit manumque?

§. V.

Alii ex sententia Platonis, quatuor communica-  
ter notis causis addunt quintam scil. Exemplarem:  
scribit de his opinatis Seneca Epistola LXV, ex editione  
Antwerpensi de Anno M. DC. XV, p. 93. C. Quinq. ergo  
causa sunt, ut Plato dicit: Id ex quo, id a quo, id quo,  
id ad quod, id propter quod. Novissimè id quod ex his est.  
Tangvaminstatua — id ex quo as est: id à quo arti-  
fex est: Id quo forma est, quæ aptatur illi: Id ad quod  
Exemplar est, quod imitatur is qui facit: Id propter  
quod facientis propositum est, id quod ex istis est, ipsa sta-  
tua. Quamvis & Seneca Epistolajamduum citata p. 494.  
A. scripsiterit: Exemplar non est causa, sed instrumen-  
tum causa necessarium. Sic necessarium est exemplar  
artifici, quomodo scalprum, quomodo lima, sine his proce-  
dere ars non potest, citatus tamen Dn. Hebenstreit in  
illa substitut sententia, quod Causa quædam Exempla-  
ris revera in Metaphysicis sit explicanda conf. p. 865. sc.

§. VI.

Cum verò certum sit, quod sicut in Logicis hic  
afferitur Canon: posita specie ponitur ejus genus. Vid.  
Saurius Syntagmatis Logici p. 87. & Pascha Quest. Ex-  
temp. in Manual. Scharffianum p. 141. s. ita etiam conce-  
ptus qui dicitur contrahibilis analogiam Generis Logici  
æmuletur & sic sub se quasi species inferat, quibus  
ritè positis ad quasi superius ordinarius fit regres-  
sus; Hinc &, cum Exemplar & imago reperitur, quæ  
conceptum contrahibilem causæ aut causati omnino re-  
spuunt, ut vel solum Thematis nostri docebit obje-  
ctum

etum, deliberata selegimus mente Conceptum Princeps  
cipii communem, qvoniam hujus quasi species Princeps  
pium scil. causale & non causale justissimo descensu plu-  
ribus numero differentibus communicantur. Sed  
de his postmodum plura, quando ex Philosophicis  
observatis Nominalia justo debitoq; absolvimus mo-  
do.

§. VII;

Qvod ergo Nominalia Voci Imago spectat, tunc  
qvoad derivationem satis sana videtur sententia, qvod  
sit quasi Imitago & ab imitando denominetur, vid. Fa-  
bri Thesaurus accuratione Celeberrimi Dn. Cellarii redi-  
tus voce Imago & plures Lexicographi simulac Philo-  
sophi. B. Meisnerus in Anthropologia Disp. I. Q. III.  
hanc Etymologiam satis barbarem & remotam credie-  
dit, sed fugit nos ratio, hujus asserti, ut siqvidem haud  
memorem, quod soleat distingui inter primam vocis  
impositionem & subsequentem ejus usurpationem, ut læ-  
pius hæc ab ista nimium quantum distet; ratio ta-  
men hujus derivationis in proposito manet, qvia  
convenit & imitatur quasi suum prototypum, puta in  
corporalibus quoad lineamenta & partium dispositionem  
in spiritualibus vel ratione essentiae, vel virium spiritua-  
lium Conf. Ebelius Opp. Philosoph. p. 1146. a. ex Edit.  
D. Rudrauffii Anno 1677. Deinde Istorum sententia  
duriter etiam cadit, qvi ab ἄγνω & οὐ Græcorum  
derivare malunt, qvod enim Icon inde venerit satis  
certum est, sed Imaginis derivatio justis ex rationi-  
bus Latinismo vindicatur Vid. Christiani Beccan-  
nimanuductio ad Lat. Linguan. p. 427.

§. VIII.

Ad Homonymiam observaveris, qvod tam in Phi-  
losophicis quam Biblicis varias admiserit significati-  
ones,

ones. *Impropriè enim* (1.) *vaga de signat simulacra*  
*in somniis obvia vel spectrorum apparitione objecta.*  
Vid. Cellarius ap. Fabrum. Describit (2.) *Ideam secundum*  
*quam aliud producitur; ut Idea in mente Architecti*  
*existens, ad quam extruit ædificium vel domum,*  
*qvæ magis propriè exemplar diceretur, docente E-*  
*belio l.c. (3) Rethores quoque in Parabolis Orato-*  
*riis vocem *Imaginis* adhibuerunt Vid. Quintilianus*  
*Lib. V. Cap. XI. Scaliger. Poetic. Libr. III. p. 312. & Vossius*  
*Partit. Orat. Cap. XVII. Lib. IV. (4.) solet &*  
*reliqvas pervagari disciplinas sic actus exercito Theo-*  
*logia agit de οὐγῇ substantiali imagine, de Imagine Dei*  
*in homine, Physica de conceptibus mentis; Optica de Ima-*  
*ginum varia representatione. Vide Galovium Script.*  
*Philosophorum p. 638. Scripsit etiam Ebelius l.c. quod*  
*ulterius sumatur pro specie vel sensibili vel Intelligibili,*  
*quomodo species hominis sensibilis in oculo existens, image*  
*dicitur illius hominis visi & conceptus eiusdem in Intelle-*  
*ctu existens, ejus *Imago* dicitur; Item pro eo, quod*  
*producitur ab alio ad naturas sua similitudinem, sed non*  
*videtur per omnia ad impropria respexisse acceptio-*  
*nem, nam addit statim, quod non attendat alias accep-*  
*tiones similes, qvæ acceptione hujus loci generalem coar-*  
*ctant, unde non ad æqvivoca pura attendit, sed ad actum*  
*potius respexit exercitum, qui est specialior actu si-*  
*gnato. Addatur de variis talibus Acceptationibus*  
*Calovius Scriptorum Philosoph. p. 638. 1.*

### §. IX.

In Sacris etiam Literis creditur impropriè accepta  
vox, quando pro re ipsa sumitur ut i. ad Cor. XV. 49.  
ubi sic legimus: ἡ καθὼς ἐφορέουμεν τὴν ὄντοντα τὸ χοικὲ<sup>τόντοντα</sup> φορέουμεν καὶ τὴν εἰκόνην τὸ επερανισ. Qvæ circa ver-  
sio nem

tionem Trilleri observationem merentur, nunc non  
examinabo, conferri interim poterit nova Observatio-  
num Dn. Fechtii editio, quæ Mansfeld. Anno 1701.  
contigit & quidem in observationibus ipsis p. 179. f. Sed  
quamvis ipse B. Calovi<sup>9</sup> descendit videatur in hanc  
sententiam Scriptorum Phil. p. 639. in Bibliis Illustra-  
tis tamen ad l.c. dilucide commentatur: *Imaginem*  
*ergo portamus terreni Adami, qualis illa erat post lapsum,*  
*quia non ad Imaginem DEI, quæ propter lapsum deperdita,*  
*sed ad Imaginem suam (quam per peccatum sibi concilia-  
rat) genuit Libros Gen. V. 2.* Portabimus autem Imaginem  
Cœlestis (Adami Christi) cum non modo ratione animæ per-  
fectè renovabimur ad Imaginem Dei, quo ad sapientiam &  
sanctitatem, ac justitiam, sed etiam ratione corporis, quo  
ad incorruptibilitatem & immortalitatem, omnis ut pec-  
cati, ita & morbi & mortis, quæ consequentia peccati,  
prorsus expertes & iuveniles futuri etiam ratione αφε-  
σιανὴ ἀδαπτίας &c. elusecet exinde quod vox Ima-  
ginis utique propriè hic loci sit acceptanda.

### §. X.

Eandem significationem adsciscunt locis in Ep.  
ad Philip. II. 6. & 7. ubi legitur: οὐ εἰ μορφὴ Θεοῦ ὑπάρ-  
χων - - - εἰς τὸν ἐκένων, μορφὴ δὲ λαβὼν. Vid.  
Calovius in script. Phil. p. 631. ubi scribit: *Eiusmodi*  
*locutiones sunt, quum esse in forma DEI aut forma servi*  
*Phil. II. 6. 7. est verè existere DEUM aut hominem. Sed*  
*quid obesset si vox μορφὴ sumeretur ut jacet? quod e-*  
*nim non semper denotet formam internam & essenti-  
alem hoc ipse B. Calovius contra Bellarminum agno-*  
*vit Bib. Ill, ad Phil. II. 6. unde & in Exegesi hujus loci*  
*iterum posteriores cogitationes videntur esse tanio-*  
*res, quin p. 765. b, sic commentatur. Quidnam modum*

per

per formam DEI non immediate designata divina natura,  
sed divinus status, in quo erat Christus secundum hu-  
manam naturam: Ita etiam per formam servi, sta-  
tus servilis, non verò ipsa humana natura immediate  
intelligitur, quamvis ea supponatur omnino. Hæc &  
consentit approbat suo B. Scherzerus in Breviario  
Hulsem. Enucleato Cap. VII. p. 397. dicens: *Humilis*  
*erat Jesus Christus, qui cum esset in forma Dei (possessione*  
*sc. plenè majestatis divinae cons. Coloss. II. 9.) non rapi-  
nam arbitratus est, (ut iisdem plenariè uteretur, sicuti  
victores rapina uti solent) τὸ ἔρασμον (scil. τὰ εἰωθεῖ  
mirum idemperita. Alias neutrum plurale ἕτερα non habe-  
ret, quo cum construeretur substantivum) εἷς sed semes  
ipsum exinanivit (usu corundem evacuavit) formam.  
servi humilem ac villem statum potius assumens. Philo  
II. 6. 7.*

### §. XI.

Impropriè ulterius vocem imaginis putant accipi  
pro vicario alicujus. Cor. XI. 7. quando ἀνὴ dicitur  
ἐκὼν καὶ δόξα οὐσία τούτης. Vid. Neander in Instit.  
Metaph. p. 584. cui denuò præivit B. Calovius Script.  
Philosoph. p. 639. Scribens: *Impropriè accipitur, cum no-*  
*tat vicarium alicujus, quomodo Vir dicitur Imago DEI*  
Cor. XI. 7. quasi vice ejus mundo præest. quam tamen  
sententiam in B. J. non expressè vindicavit. Verum  
cur & hic vox Imaginis fumeretur impropriè? re-  
Etius Leighius *Critica sacra ad vocabulum ἄντες* locum  
hunc citavit, afferens, qvod *Imago* hic describatur  
*accidentalis*, qvod & docuit Schmidius in Paraphrase  
ad h. l. p. m. 338. h. m. *Est a. Vir Imago Dei & gloria,*  
*quia immediate in imagine Dei & gloria ejus creatus est;*  
*cum non sit mediatè in Imagine Viri & glorie ipsi collata*

&

& consequenter in Imagine Dei & glorie ejus condita sit: quomodo revera Vir prior est muliere & ea præstans-tior. Consentit B. Schomerus in compendio ad l. c. afferens: *Differentia Viri & fœminæ desumitur ab ordine creationis*, quia *Vir ad Imaginem Dei immediate conditus est, Mulier ex Viro expressa.*

### §. XII.

*Quoad Synonymiam possent nunc investigari non tantum æqvipollentes Grammaticè termini, quales sunt apud Hebæos חָרֶב / מְשֻׁכִּית / סִמְלָה / רַמְוָת / צְלָמָה / תְּמוֹנָה &c.*

Apud Græcos ἄντα, ὄμοιωσις, μορφὴ &c.

Apud Latinos: Simulacrum, Exemplar, Similitudo, Vestigium &c.

Apud Germanos: ein Bilde / ein Ebenbilde / Gleichniß. &c.

Sed & apud Criticos multa fit disceptatio de modo ac tertio æqvipollentiae, qvod prolixius redere nolui, dum scopo non proderit illustrando.

### §. XIII.

Thema potius nostrum illustraturi, ipsam realēm adjungimus, eamque apud Philosophos sic dictam Metaphysicam definitionem. Estergo *Imago* tale Ens, quod à Principio exemplari procedit & convenienter cum ipso docet ac repræsentat. Est hæc definitio Imaginis concretive talis & exhibet more descriptionum Metaphysicarum conceptum contrahibilem & contrahentem.

### §. XIV.

Conceptus contrahibilis voce *Entis* exprimitur. Ne mireris B. L. qvare conceptum attributi rejecerim? res mihi est cum Viris, qui Philosophica quatenus

B

tenus

tenus talia, excipiunt lannis; exemplo siet citra dubium Christ. Thomasii pruritus in disciplinas Philosophicas vulgariter omnes, cum ergo ex hypothesi nostra *Attributa Entis cum Ente reciprocantur Conf.* Pascha in Ontologia p.m. 178. f. & verò nomen Entis sit omnium commissum; hic in simplici & plano, qved vel rusticus ac infans novit, substi.

§. XV.

Et qvò principia ipsorum Contradicentium in licitis secter, cum Thomasius *Introduct. in Logicam Cap. IV. §. 6.* sic scriperit: *Summus omnium ac vulgarissimus terminus est Ens s. aliquid, quo vocabulo omne id qvod extra hominem vel in homine ejusq; cogitationibus fuit, est & erit, intelligo.* Statimq; hanc adjecerit septimam h. m. *Ei opponitur nihil & non Ens, id est, qvod nunquam & nusquam fuit, nec erit nec esse potest.* Hinc & ego, quando de Imagine aliquid traxi, & illam Ens dixi, intelligo tale qvid, qvod non tantum extra memet, sed certo qvoque respectu in memet, & in meis cogitationibus fuit & est, ita qvidem, ut nunquam in censum veniat eorum, qvæ nunquam & nusquam fuerunt, nec erunt, nec esse possunt.

§. XVI.

Qvod *Conceptum Contrahentem* attinet, tunc posui: *Essē Imaginem tale Ens, quod à principio Exemplari procedit & convenientiā cum ipso docet. Differentia ergo hujus Entis à reliquis omnibus est, (1.) quod à Principio Exemplari procedat (2) quod illud ipsum Principium referat ac repräsentet s. convenientiam cum ipso doceat.*

§. XVII.

Cum & Thomasius *Cap. cit. IV. §. 54.*  
causam

causam efficientem nominaverit, cuius motu aliquid agitur  
aut efficitur in alio, tunc ego à naturalibus & super na-  
turalibus, item abs influxu causali & non causali ab-  
strahens Principium voco, cuius motu aliquid est, s. ut lo-  
quuntur: quod originem dat alteri, & sic Principium in-  
fert prioritatem Originis non in oppositione ad id quod  
prius est natura, sed ut præcisè sumatur, in quantum  
applicari postmodum poterit prioritati Originis  
dependentis seu causalis & prioritati Originis instantum,

§. XVIII.

Dixi ulterius, quod à Principio Exemplari pro-  
cedat: Concedo hic quod Exemplum & Exemplar  
sæpius apud Autores commutentur & Synonyms  
veniant, rectè nihilominus Celeberrimus Cellarius  
in Editione Recentissima Fabri ex Valla & Barthio ad Clau-  
dianum, quoad Latinitatem notavit, Exemplum esse  
rem, quæ nobis imitanda proponitur. Illum autem in  
quo est aliquid imitandum vel fugiendum dici Exem-  
plar. Non malè itidem Scaliger Poetices Libr. III. p. m.  
135. B. 2. etymon Exempli firmathoc modo: Exem-  
plum est, cum ex ampla materia (inde enim videtur no-  
men ductum) adducimus in unum duo similia, & vel  
ego proprium Exemplare assero clarissimis verbis  
id ipsum, cuius motu sic aliquid fit, & quod sic dat alteri  
originem, ut convenientiam cum ipso referat, ac docere  
possit.

§. XIX.

His etenim circumstantiis Imago ab Exemplari  
principio procedit & quidem termino quoad latinita-  
tis vim accepto, ubi denotat ulteriore motum Vid.  
Becmanni Manuductio ad Latinam Linguā p. 529. ubi sic  
docet: Promoveo est à pro & moveo: nec quicquam aliud  
notat, quā ulteriorē mutationē aut motum: ut etiam hæc

B. 2. 135. B. 2. verba:

*verba : procurro , progredior , proficio ; prodero . Procedit igitur Imago dum ulteriorem exserit motum , origine nemo suam ulterius exprimit , ut convenientiam cum isto & imitationem significet .*

§. XX.

Sunt qvoad hanc *convenientiam* apud Philosophos infinitæ disceptationes & gordianæ tricæ, cum enim *Imaginem* definiunt id , qvod *similitudinem* habet cum alio , à quo procedit *celest productum*. Vid Neander l.c. atque pluribus Ebelius *Colleg. Metaph. Disp. XXIX.* p. 1146. & verò vox *similitudinis* item productionis necessariò multos offendat , hinc,qvo se extricent , ampla qvævis concedunt ; ita citatus Ebelius plura p. 1147. & 1148 de termino *similis* item *producti* coacervat,sed Lectorem docebit cito , qvod aptior sit terminus *conveniens* , qvam *similitudinis* : sicut & ipse Articulum II. hac clausitepilogo : qvod si quis hunc terminum *producti* sc. usurpare nolit , pro eo substituat vocem *expressum*, *destinatum* , vel *quamcunque* *alias* *commodiorem* invenire poterit , nihil enim repugnabimus.

§. XXI.

Sic & B. Calovius opp. *Phil.* p. 642. s. cum pluribus de similitudine , Imitatione , expressione , productione egerat , adjicit : p. 643. *Notandum autem* , qvod termini *expressionis* , *productionis* , *dependentiae* , ita debeant explicari , ut nullam inferant *imperfectionem* , quandoquidem *Imago* quoque in *divinis* detur , expers omnis *imbecillitatis*. Hinc etiam ego partium duxi mearum , ut rem clarissimis exprimerem vocibus , qvare de vocabulo *motus* moneo , qvod illud ipsum *Logicis* , *Physicis* , & *accidentalibus* cunctis exemplum velim *imperfectionibus* , hicque præcile & abstractivè consideraverim.

§. XXII.

### §. XXII.

Explicandum verò nunc est, quid per convenientiam velim descriptum? Scio evidēm, quod juxta usum Philosophicum loquendi, similitudo quandoque tribuatur omnibus iis, quae quocunq; modo convenientiunt. Sive ratione essentiæ s. ratione accidentium. Unde nonnulli similitudinem in essentiale & accidentalem distribuunt. Conf. Paschal. c.p. 585. §. 7. Sed fatis accurate Basilius Lib. de Sp. S Cap. XIIIX. apud Damacenum Libro I de Imaginibus citatus scribit: οὗτοι οὐτανδα μημητικῶς η̄ εἰκῶν, τέτοιοι οὐκέται Φυσικῶς οὐνοτρόποι οὐατερές οὐτοι τῶν πεχνητῶν, κατὰ τὸν μορφῶν η̄ ομοίωσις. Υπό σοι δὲ οὐτοι τῆς Θεοῦ καὶ θεωρήτων φύσεως, οὐ τῇ πρινωνίᾳ τῆς θεότητος οὐτοι η̄ οὐατερές. Quod igitur hic imitative est Imago, hoc illic naturaliter est Filius. Et quemadmodum in rebus, quæ arte fiunt, juxta formam est similitudo, sic in divina & compositionis experientia natura in communione divinitatis est unitio s. convenientia.

### §. XXIII.

Et Petavius Theolog. Dogm, de Trin. Lib. VI, Cap. VI. §. IV. scribit: Perfectissima verò Imago similitudoque naturæ perfectissima identitate constat, quæ non specie sola, sed etiam numero eandem substantiæ & species continet. Quod in solo Deo cernitur: quo in uno perfectam esse tum generationem, tum Patris Filiiq; proprietatem supra demonstravimus. Hinc perfectam similitudinem nihil ab aequalitate & identitate naturæ differre, passim Hilarius alioq; Veteres affirmant. Patet ergo quod similitudinis vox non exauriat omnis Imaginis formam, & adhæc is ipse terminus tot dederit per antiquitatem rixas, hinc magis congruam convenientiæ adhibuimus vocem.

§. XXIV.

Est igitur in Imagine *convenientia* talis modus,  
qvo unum vel plura Entia de tertio qvodam participant  
illud, referunt ac repräsentant; reqviritur ergo ut u-  
num, duo vel plura sint, qvæ participant de Princi-  
pio suo exemplari, in hunc scopum, ut illud referant  
repräsentent & exprimant. Vid. Scheibleri Opus Me-  
taph.lib. I.C. XXIV.n.90. Per vocem referre conveni-  
entiam exprimo Imaginis, sicut Plinius Ep. Lib. V.  
n.16. de Fundani Filia dixit: *Amisit filiam, quæ non*  
*minus mores ejus, quam os. vultumq; referebat;* Nec  
vox representare aliud qvid designare debet quam  
tertium qvid veluti præsens ostendere. Et tandem ter-  
minus exprimere significat aliquid clarè designare &  
ut conveniens educere.

§. XXV.

Patuit itaque ex haec tenus dictis qvod *Imago* (sive  
qvoad Metaphysicam, sive qvoad sanam rationem,  
(dicas qvid velis?) sit Ens, quod motu Exemplaris suam  
habet originem & procedit, & quidem in hunc scopum,  
ut convenientiam cum Exemplari referat, representet &  
exprimat. Nec male eqvidem Augustinus Tom. IV.  
Libr. 83 qu. 74. de variis circa Imaginem observandis:  
Ubi est *imago*, continuo similitudinem non equalitatem  
esse, ait, ut in speculo est *Imago* hominis, quæ de illo ex-  
pressa est; est etiæ necessaria similitudo; non tamen equalitas;  
quia multa desunt ienagini, quæ tamen insunt illi rei, de  
qua expressa est. Ubi equalitas, continuo similitudo,  
non continuo *Imago*; velut in duobus ovis paribus, quæ  
inest equalitas, inest & similitudo; quæcunq; enim assunt  
uni, assunt & alteri; *Imago* tamen non est, quia neutrump  
de altero expressum est. Ubi similitudo non continuo *Image*,  
non continuo equalitas.

§. XXVI.

### §. XXVI.

Posita interim nunc definitione generali tempus erit, ut de Speciebus analogicè sic dictis fiat inquisitio; Solent hic Scholastici quadruplicem statuere Imaginem. Prima, qvæ sit per convenientiam omnimodam in natura; secunda, qvæ sit per participationem aliquius naturæ Universalis. Tertia, qvæ est secundum proportionem. Quartæ, qvæ sit per convenientiam ordinis Vid. Bonaventura Lib. II. Dist. Art. I. qu. 1. fol. 244. b. & Meisnerus Phil. sobriæ Part. II. p. m. 244. triplicem demum afferit: *Imago*, scribit, est *AEQUALITATIS*, Sic in divinis filius est *Imago Patris*. *IMITATIONIS* sic homo est *Imago DEI*. *REPRESENTATIONIS* sic mundus est *speculum* creaturis, non in quo se creator, sed in quo creaturæ illum, velut architectum in opere speculentur. Addatur de Variis Distinctionibus Ebelius Coll. Metaph. Disp. XXIX. Artic. III. p. II 48. b.

### §. XXVII.

De discrepantia aut convenientia Castanæi cum Bonaventura, deque reliquis oblervandis haud disqviram, potius brevi declaracione monstraturus sum, quod *Imago* sit vel *Accidentalis* & *essentialis*. *Imago accidentalis* est, qvæ motu principii exemplaris procedit & suam originem habet, ut convenientiam, cum ipso quoad attributa atque *Accidentia*, pro modo sc. receptivitatissimæ, referat, representet & exprimat. De hac alio quodam tempore: leges interim cum fructu D. Martini Partitiones Theologicas Disp. IX. Thes. I. C. 13. s. Ebelium loc. cit. & Calovium Scriptorum Philosoph. p. 643. seqq.

### §. XXVIII.

*Imago essentialis* est, qvæ motu Principii Exemplaris

plaris procedit & suam Originem habet ut convenientiam cum ipso quoad ipsam essentiam referat ; representet & exprimat.

Cum autem essentia rei strictè dicta veleat in re singulari, quæ ideo vocatur individuum ; vel multis individuis est communis, diciturque species ( loquor cum Thomasio ex *Introd. in Logicam Cap. IV. §. 18. 19.*) hinc Imago essentialis deprehenditur duplex Alia quoad speciem, Alia quoad individuum.

### §. XXIX.

Imago essentialis , quoad speciem est , quæ motu principii exemplaris procedit & suam originem habet , ut convenientiam cum ipso quoad essentiam specificam referat representet & exprimat sic Adamus genuit in similitudine sua , secundum Imaginem suam & vocavit nomen ejus ( sc. geniti ) Scheth . Gen . V. 3. Qvod locutiones attinet : in similitudine sua secundum Imaginem suam tunc inter Philologos satis constat , qvod , quando duo Substantiva Synonyma potissimum , coniunguntur invicem alterutrum vim adjectivi exprimat , cum insigniori aliquæ emphasi . Qvaratione optimè vertitur : In Imagine sibi simillima . Vid . Danzii Interpres Cap . I . § . 18. Glaffii Philologia p. edit. rec . ss . 3. & Pfeifferi Hermeneutica sacra p. 358. Contemptum ergo divini demonstrant verbi blaterata Clerici , quæ Commentario ad Genes . Caput I. 26. ponit : Sunt qui hic in Synonymarum vocum repetitione εὐΦασιν aliquam esse existiment , sed si hoc voluisset Scriptor Sacer , qui nos hodie re-scire certo possemus , cum Lingua Hebraica adeo sit repetitionibus plena , non video . Conferes interim non sine usu quoad Pleonasmū Scripturæ S. frusta tributum Præcellentissimum Dn . M. H. C. Engelcken Affinem nostrum

nostrum conjunctissimum in duabus dissertationibus, quæ  
exhibent Scrutinium Philologicum modum loquendi scri-  
pturae & nullum in sanctis literis pleonasmum dari  
indagans.

### §. XXX.

Et minus itidem concinnè Clericus denuò, ut  
reliqua taceam, ad Gen. V. 3. de Imagine Adami  
suam profitetur sententiam h. m. Rursus alii hic hu-  
manitatem solum, qua filius Patri similis fuit, seposita  
virtute ac corruptione, quæcunque tandem fuerint, in-  
telligentam censem; Atque hoc de Setho dici autumant,  
quod e jesus solius in Genealogia Adami, ratio aliqua habe-  
atur propter acerbam Habelis mortem, Cainisque abdi-  
cationem. Sic apud Livium Lib. V. Cap. XIIX. P. Licini-  
us, de filio ad Quirites: En vobis, inquit, juvenem, filium  
tenens, effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea  
tribunum militum ex plebe primum fecistis. Hunc ego  
institutum disciplinâ meâ, vicarium pro me Reipublicâ do,  
dicoque.

### §. XXXI.

Sed haec videlicet ratione essentia humana con-  
cipietur & cogitatione ac mente sic percindet ean-  
dem quispiam; quoadrem autem essentia seposta  
aut virtute aut corruptione nunquam consi-  
derari aut esse poterit. Unde si quis statum puro-  
rum naturalium fabricare velit, quo aliquando homo sine  
omnibus donis supernaturalibus (adderem aut destru-  
entibus vitiis) in meritis & solis naturalibus suis vixerit,  
certè Utopicum purorum naturalium statum comminisce-  
retur ut recte docuit Sumè Rev. Dn. D. Wolffius  
Hamburgi nunc Ecclesia Nicolaitana Pastor longè cele-  
berrimus

C.

berrimus

berrimus atque meritissimus. Collèg. Theolog. Dissertati-  
one De Justitia Originali Protoplastorum naturali. §. 4.  
& 5. Addatur Meisnerus Anthropol. Decad. I.  
Disp. I. Q. I. §. III.

§. XXXII.

Rectius igitur Hugo super hunc locum dixit: Si-  
ent Adam factus fuit à DEO innocentia & immortali inno-  
cens ac immortalis, i. est, quinon possit mori, ita ipse fa-  
ctus peccator & mortalis genuit peccatorem & mortalem,  
& Gerhardus Loc. Theolog. Tom. II. de Peccato O. p. 377:  
solidissimè docuit §. 52. Ut natura humana per ipsum  
(Adamum) communicata sit propria cuique personæ ex  
ipso genita, sic & naturæ corruptio per propagationem  
communicatur. Refert igitur filius in humanis patrem  
& cum ipso eandem essentiam specificam habet, dum non  
tantum accepit essentialia quæ dicuntur constitutiva &  
consecutiva, sed & accidentalia quæ sunt congenita  
& sub respectu certi cujusdam status inseparabilia.

§. XXXIII.

Hæc igitur Imago, cum non refert eandem nu-  
mero essentiam dicitur uād' opūzoriar secundum simi-  
litudinem essentiæ cum respectu scil. essentialium at-  
que Accidentium congeritorum, unde contra Ari-  
anos rectè docuit Athanasius, de Syn. p. 714. Nam &  
vos scitis ipsi, nec ambigere quisquam potest, nomen simi-  
lis de substantiis non usurpari, sed de figuris & qualita-  
tibus dici. Nam in substantiis non similitudo, sed iden-  
titas affirmari debet. Sic homo homini similis dicitur,  
non secundum substantiam, sed secundum figuram & for-  
mam. Quod enim ad substantiam attinet, opūzvēs, i. e.  
ejusdem naturæ sunt. Ac rursus homo cani nequaquam  
similis

similis dicitur, sed natura diversus. Quo circa quod est  
ēpōQues id est ejusdem naturae, etiam ēpōQues erit, id est  
consubstantiale, sed autem ēpōQues hoc est diversa natu-  
ra est, erit ēpōQues diversa substantia. Unde quod secun-  
dum substantiam simile dicit, participatione quadam simili-  
tude definit. Nam simile qualitas est quedam, que substan-  
tiae adverit. Hoc vero factarum rerum proprium est  
qua propter participationem sunt similes DEO.

§. XXXIV.

Sequitur nunc tandem Imago essentialis, quoad  
individuum talis, est vero haec, quae motu principii Ex-  
emplaris procedit & suam originem habet ut convenien-  
tiam cum ipso quoad essentiam numericam referat, repre-  
sentet & exprimat.

Hujus generis exemplum totus inter crea-  
ta non tradidit orbis, sed solum ac Unicum in Dei-  
ta e summi deprehenditur Numinis. Qvo de mo-  
mento, cum speciali Dissertatione simus acturi hinc  
sufficiet, quod nec Imaginis  $\alpha\beta\gamma$  nec  $\alpha\beta\gamma$  nec  $\alpha\beta\gamma$   
 $\alpha\beta\gamma$  acceptio sit absurdum ac contra sanam  
pugnans rationem; sed a qvovis potius sic  
accipi possit, ac debeat.

S. D. G.

# Conspectus Disput.

- Præfamen:  
Fanaticorū sc̄om̄ita de Philosophicis.  
terminis ingenere, applicat ad The-  
ma de Imagine, qvod insinuatur.
- §. I. Ex Polybio deducit, qvod per  
Erros Arnoldi simus erudit.
- §. II. Circa Imaginem & Exemplar. do-  
cet, qvod Affectiones entis disjun-  
ctae secundarie non s̄int veri nominis  
affectiones.
- §. III. Affectiones has secundarias  
tradit.
- §. IV. Afferit qvod Exemplar nec sit cau-  
sa formalis, nec efficiens contra  
Zeidlerum.
- §. V. Probat, qvod non sit quinta qvæ-  
dam causa contra Senecam cuius  
sententia illustratur. &
- §. VI. Conceptus Exemplaris contrabi-  
bili venditur Principium.
- §. VII. Vindicat Imaginis Etymologiam  
contra Meissnerum.
- §. VIII. Homonymiam Imaginis confu-  
se traditam significat.
- §. IX. 1. Cor. XV. 4. &
- §. X. Philipp. II. 6. & 7. item
- §. XI. 1. Cor. XI. 7. Vocem Imaginis  
non impropriè acceptam fuisse de-  
monstrat.
- §. XII DeSynon. sparsim aliquid docet.
- §. XIII. Definitionem Imaginis Con-  
cretivè talis habet.
- §. XIV. Imaginis Conceptum contra-  
hibilem terminum Entis sc̄. desi-  
gnat & ex qua causa?
- §. XV. Terminum Entis ex Consensu  
Thomasij ex. & applicat.
- §. XVI. Membra Conceptus contraben-  
tis indicat.
- §. XVII. Ad analogiam Definitionis  
qvæ est Causæ apud Thomasium  
principium describit.
- §. XVIII. Docet qvomodo à Principio  
exemplari procedat?
- §. XIX. Illustrat qvomodo procedat.
- §. XX. Notavit qvid circa Definitionem  
Aniqviorum illorumque ter-  
minos obvenerit?
- §. XXI. id qvod omni cautela conti-  
nuatur.
- §. XXII. Terminum Convenientie de-  
ducturus, indicat qvod similitudi-  
nis conceptus non sufficiat.
- §. XXIII. Illudque ulterius confirmat.
- §. XXIV. Et Convenientiae tandem  
requisita adjicit.
- §. XXV. Repetitam Imaginis descri-  
ptionem ex Augustino illustrat.
- §. XXVI. Species Imaginis Varias re-  
censet.
- §. XXVII. Sepositis reliqvis eandem in  
Essentialē & Accidentē dispē-  
sci hujusq; descriptionem tradit.
- §. XXIX. Imaginis Essentialis descri-  
ptionē ejusdemq; divisionē habet.
- §. XXIX. Imaginem Essentialē quoq;  
ad speciem illustrat, ex loco Gen. V.,
- §. XXX. Contra Clericū istud continuat,  
item
- §. XXXI. & XXXII. & XXXIII.
- §. XXXIV. Imaginem Essentialē  
qvoad Individuum exhibet & Dis-  
putationi absolvit,

*Nobilissimo DN. Respondenti.*

**D**ivini pictoris opus, fингentis imago,  
Quæ mira artificem reddidit arte suum.  
Talis Adamus erat, quando sapientia sedem,  
Inque illo virtus fixerat alma suam.  
Hæc Tuâ MUSTER TE, excent mysteria mentem,  
Doctrinæ specimen suppeditantq; Tuæ.  
Ex isto, voveo, conamine patria qvondam  
Dante DEO, fructum divite messe legat !

*Laudatissimis studiis, Cl. Dn. Respondentis, in spem patriæ suæ  
crescentis, meliore animo quam versu applaudit.*

JO. FECHT, D. P. P. Consilt. & Superint.

**S**orecht mein Wehrter Freund/ das sind die Fleißes Probe  
Wann man mit muntem Fuß auf die Catheder steigt,  
Ich bin vor mich bereit/die Embigkeit zu loben/  
Da seine Schultern sich vor keiner Last geneigt.  
Ich habe JHN bissher mit vieler Frend erblicket  
So oft ER meine Lehr begiertst angehört;  
Ihr/ da ein jeder JHM den Purpur. Mantel sticket/  
So wünsch ich/ daß ER bleib im Wachsthum ungestohrt.  
Gott mehre und vermehr in JHM des Geistes Gaben/  
Licht/ Leben/ Heyl und Kraft verlaß JHN nimmermehr.  
So wird er Seegen hie/ und dort die Fülle haben/  
Wann Gott JHN leget bey der Himmel. Bürger Ehr.  
Dieses sechte seinem sehr fleißigen Auditori aus affe-  
ctionar tem Gemüthe

A. J. KRAKEVITZ, D.

**S**Es müsse dieser Tag den lieben Aufang machen  
Bon dem was künftig stets zum Ruhm gedeyhen soll;  
Gott fordre Himmel ab mit Segen Seine Sachen/  
Und lencke allen Fleiß zu Seiner Seele woll !

Er

Er finde Glück und Heyl! es müsse sein Bemühen  
Vielsaches Wohlergehn und Freude nach sich ziehen.

Dieses wünschte von Herzen

Der PRÆSES.

**S**o muß ein muntrer Sinn mit Ruhm gekröhn werden  
Da Ihm den Looerbeer-Zweig die Fama selber windt  
Weil Er standhaftig hat verlachet die Beschwerden

So man bey studiis in grosser Anzahl findet.  
Herr Mustert zeiget uns gar angenehme Proben  
Von seiner Mannerkeit und angewandten Fleiß /  
Drum muß den Meister auch das Werck an ihm loben /

Den vom Catheder ellt sein Fuß mit Ruhm und Preis.  
Hiermit gratulirte dem Herren Respondenti als seinem  
werthen Freunde und gar fleißigem Auditori in versche-  
denen Collegiis zu seinem Specimine Academico

M. GEORG. NICOL. OCKELL.

**M**o wahre Weisheit hat den festen Sitz genommen /  
Da hastt man überall ein finstres Gezelt /  
Drum ist Er auch Mein Freund zu der Catheder kom-  
men /

Und lehret/was dem Ohr der Musen wohlgefällt;  
Gott segne hinführro die rühmlichen Thaten  
So wird sein Beginnen Ihm glücklich gerahten.

Dieses sechste glückwünschend mit eiliger Feder  
Des Hrn. Respondent. beständiger Freund  
und ikziger Opponens.

JOHANNES WOLFF, Rostoch. Megap.  
SS. Theol. & Phil. Stud.






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002561914/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002561914/phys_0027)







simili in duabus dissertationibus, quæ  
in Philologicum modum loquendi scri-  
in sanctis litteris pleniora dari

### §. XXX.

idem concinnè Clericus denuò, ut  
ad Gen. V. 3. de Imagine Adami  
ententiam h. m. Rursus alii hic hu-  
qua filius Patri similis fuit, seposita  
one, quæcumque tandem fuerint, in-  
; Atque hoc de Setho dici autumant,  
Genealogia Adami, ratio aliqua habe-  
m Habelis mortem, Cainisque abdi-  
d Livium Lib. V. Cap. XIIIX. P. Licini-  
tes : En vobis, inquit, juvenem, filium  
que imaginem ejus, quem vos antea  
ex plebe primum fecistis. Hunc ego  
imeā, vicarium pro me Reipublice do,

### § XXXI.

idem ratione essentia humana con-  
ione ac mente sic perscindet ean-  
qvoad rem autem essentia seposita  
corruptione nunquam consi-  
dit. Unde si quis statum puro  
bricare velit, quo aliquando homo sine  
ernaturalibus adderem aut destru-  
peris & solis naturalibus suis vixerit,  
orum naturalium statum communisce-  
uit Sumē Rev. Dr. D. Wolffius  
clesia Nicolaitana Paster longè cele-  
berrimus

C

150 Patch Reference Chart TE263 Serial No.